

DE REBUS METALL.

minat Silius, Durium, Tagam, Cordubam: quibus addit Minium è recētioribus Ant. Nebriffensis. Tarnim Galliæ memorat Aufonius.

Memorabile in primis est, quod narrat Alexander Neapolitanus in libro 4. Dierum genialium: Certis & fide dignis authoribus se comperisse, in citeriore Germania intra Danubiū vites existere, quæ clauiculos & plerunq; candicantia folia ex puro auro germinēt, quæ regibus & summis duobus dono sint data. Causam addit, cū ibi aurifodinę sint, subtus coalescere in radicibus aurum, & vnà ingenitum & condensatum occulta vi & origine, dum germina emittūt vites, mirabili naturæ cōstituto, aut decreto stellarum, aurum simul erumpere. hæc eius & sentētia & verba sunt. Quod ex naturali causa sumptum, fabula inuoluit poëta doctissimus, qui de aureo Virgulto in luco Cumano scribit,

Disco-